

QUAESTIO V. ET VI.

Quid sit Ecclesia: & quæ ejus
notæ.

149. *Confessio nostra*, his ita præmisit, definit
Ecclesiam, Quod sit Congregatio sancto-
rum, in qua Evangelium rectè docetur, &
Sacramenta rectè administrantur.

150. Ecclesiæ vera & visibilis hanc esse definitio-
nem ipse verborum sonus ostendit.

151. Congregatio, quæ Generis locum obtinet, de-
notat & externam illam societatem sive conven-
tum piorum in templis: & internam conjunctio-
nem, in fide & Spiritu: Quæ sola interdum p̄iū con-
tenti esse debent, præveniente externum illum con-
ventum Tyrannorum crudelitatem.

152. Dicitur vero Ecclesia vera, congregatio
non quorundam Sanctorum. quippe partim
imputata Christi justitia, parvum renovatione men-
tis sanctorum.

153. Neque vero sanctorum notatio excludit
malos & hypocrytas admixtos: Sed duntaxat hoc
loco Confessio nostra expendit, & describit ipsam
Essentiam ac proprietatem vera Ecclesiæ. Iam
vero permixtie illa malorum ponitur in parte Ac-
cidentis.

F f

Præ-